

restantesque eiusdem officii labores alius istius nationis magister de concilio per sortem extractionis schedarum eligatur. Qui electus pro se, quicquid restiterit, habeat, dummodo visitaverit ceteraque eius officii fecerit. Si tamen non longe ab electionis principio, utpote inter tres hebdomadas, claviger vel exequutor, uti preferitur, absens factus fuerit, nihil omnino mercedis habeat, nisi forte claviger ex supputatione quippiam, antequam abiret, obtinisset, sed alius eidem officio modo et forma, quibus supra, preficiatur, ita etiam si aliquis ad duas vel tres hebdomadas ante sui officii finem absens factus fuerit, nihil debet de principali mercede amittere, excepto eo quod in supputatione fisci senior pro se et aliis sue nationis, uti preferitur, est accepturus. Que omnia et singula prescripta etiam in eo, qui alicui successerit, si et is absens, ut pretactum est, factus fuerit, servabuntur. Adicimus tamen, quod quispiam in universitatis vel facultatis artium rebus et negociis abiens supradictis obnoxius esse non debeat. Tenetur tamen talis per alium, que sunt sui officii, fideliter exequi. Abiens autem in rebus et negociis propriis atque intendens brevi Lipsiam repetere neque alibi officium vel condicionem  
 C 127'. assumps[er]it || neque alio res suas transtulerit, sed periculo vie, infirmitate vel aliqua alia iusta et rationabili causa per facultatem approbanda preventus intra mensem non redierit, sed forte hebdomada prima vel secunda sequenti vel circa et interim per alium, que fuerunt sui officii, diligenter peregerit, potest cum tali ex equitate paciencia haberi, ita ut non subito vel officio vel eius officii mercede privetur. Is autem qui e vivis discedit et sub suo officio diem claudit extremum, quocumque tempore id contingat, pro rato temporis, quo vixerat, ab inicio officii supputando habeat. Insuper ad laudem dei et pietatis gratia pro salute anime eius tres grossi, si claviger fuerat, pro missis defunctorum, si vero executor, sex grossi integri de restante mercede expendantur, sed in instituendo alio in eius locum per omnia, ut supradictum est, procedatur ad laudem dei. \*

### 1523 Sommersemester. 228. Decan Georg Krause von Burg.

N 45'. \* Decanatus<sup>1)</sup> Georgii Krause de Borek de natione Saxonum anno domini millesimo quingentesimo vicesimo tertio. \* Anno domini millesimo quingentesimo vicesimo tercio Sabbato ante<sup>2)</sup> Georgii Georgius Crause<sup>3)</sup> de Borek, artium<sup>4)</sup> magister Apr. 18.  
 N 46. de natione Saxonum, in decanum facultatis ar||cium electus est, sub cuius decanatu subscripti magistri in clavigeros et examinatores et officiales electi sunt:

Clavigeri <sup>5)</sup> erant	{	Arnoldus Wustefeldis Lindawiensis de natione Saxonica	}	
mgr.		Ioannes Eckelshemius de natione Bavarica.		
Officiales et visita-	{	Conradus Lor vom Hofe	}	de natione {
tores erant mgr.		Gregorius Konitz		Polonorum
		Sebastianus Sibarth Muchelius		Misnensium.

Et eo tempore lectiones ordinarie theologorum et facultatis artium subsequentibus assignate erant magistris:

---

<sup>1)</sup> Columnenüberschrift fehlt in N. Für die Initiale Lücke gelassen, aber nicht ausgefüllt. In C Columnenüberschrift roth. <sup>2)</sup> ante ferias divi Georgii, quo fuere decimo octavo Aprilis. <sup>3)</sup> Krause. <sup>4)</sup> philosophie. <sup>5)</sup> Die Reihenfolge der Aufzeichnungen ist in N nicht in Ordnung. Zu Grunde gelegt worden ist daher C.